



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 118. Variæ opiniones circa hanc quæstionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

**Sæc. XVI.** coercendi essent: „Huic vero malo re-  
A.C 1546. „medium haud magis opportunum op-  
 „poni posse ajebat, quam usum Syno-  
 „dorum Provincialium restituere, præ-  
 „cipue cum hodierno tempore Ecclesiæ  
 „disciplina tantopere sit labefactata, ut  
 „integro abhinc Sæculo nec unica Sy-  
 „nodus in Hispaniis fuerit celebrata.“  
 Nihilominus circa hanc quæstionem in  
 varias opiniones secessere Episcopi.

## §. CXVIII.

*Variæ opiniones circa hanc qua-  
 stionem.*

*Pall. c. 6. l. 7.* Patrum potissimi in hoc convenerant,  
 Episcopos re ipsa ad residendum el-  
 se obstrictos, ex quoniam autem jure hoc  
 onus descendat, quæve pœnæ absenti-  
 bus sint imponendæ, diversa erat diver-  
 forum sententia; eorum enim pauci po-  
 stulabant decidi, quod hæc residendi ne-  
 cessitas juris sit divini, alii vero puta-  
 bant, quod juris sit mere Ecclesiastici:  
 circa pœnas autem transgressoribus in-  
 fligendas, nonnulli præter veterum Ca-  
 nonum pœnas nequaquam novas esse  
 statuendas censebant, alii vero illos dun-  
 taxat proventibus privandos, eisque cun-  
 cta officii in suis Ecclesiis exercendi ju-  
 ra per integrum annum adimenda con-  
 tendebant. Nec deerant plures, qui  
 hu-

hujus quæstionis decisionem, nec non Sæcul. XVI.  
pœnas absentibus irrogandi jus summo A.C. 1546.  
Pontifici relinquendum existimabant.  
Evidem hæc opinionum varietas non  
parum turbabat Legatos; verebantur  
enim, ne quidam hanc legem relaxandi  
potestatem summo Pontifici denegare  
attentarent: eapropter Montanus Car-  
dinalis hanc quæstionem nihil ad rem  
conferre ajebat, & sic perorabat: „Cer-  
„tum apud nos, quod quilibet Episco-  
„pus in sua Diœcesi permanens sit, si  
„Pontifex eidem absentiam non indul-  
„get: quod vero spectat Cardinales, hi  
„ad residendum non sunt obstricti, cum  
„illi potius sint Episcoporum Admini-  
„stratores, quam Episcopi: aliundo ve-  
„ro longe melius suas Ecclesiæ regunt  
„quamvis absentes, quam Episcoporum  
„potissimi, licet præsentes sint (\*). „

O o 4

Præ-

(\*) Quam nequiter Continuator hæc Le-  
gati verba ex Pallavicino reddiderit, hoc haud  
luculentius demonstrari poterit, quam ex ipsis  
ejusdem Auctoris verbis, quæ sunt hæc: *Nun-  
quam animadvertis, cuidam Episcoporum hu-  
jusmodi privilegium concessum. Episcopi per  
se ipsos eam sibi libertatem arrogant.* Cer-  
tum sit apud nos, permanens in sua Diœ-  
cesi quemcunque Episcoporum, cui Pontifex  
absentiam non indulget, & nulla opus erit

am-

Sæcul. XVI. Præterea Cardinalis Cervinus assere.  
A C. 1546. bat, hanc quæstionem eo duntaxat reduci, utrum de residentia Decretum sit conficiendum, vel potius differendum (>). Patres itaque sententiam ferre rogati in id consensere, ut ea de re amplius opportuniori tempore deliberaretur.

### §. CXIX.

#### *Consultationes de dogmatibus fidei.*

Pallav. l. 7. c. 3. n. 1. Eodem tempore, quo de cunctis hisce articulis in peculiaribus Patrum Conventibus circa morum emendationem agebatur, simul etiam alii habebantur congressus, in quibus quæstiones de fidei dogmatibus discutiebantur.

Ve-

amplius sanctiōne ad stabiliendam ipsorum mansionem. Adjecit adhæc, quod spellarer ad Cardinales, Pontificem de se prospellendum: de iis tamen haud parem aliquibus rationem habendam videri; illos plerumque Episcopos non esse, sed solum quorundam Episcopatum Administratores: Et propter maiorem, qua pollebant, auctoritatem multos ex Purpuratis longe melius suas Ecclesiæ regere absentes, quam minores Episcopi præsentes regerent.

(\*) Pallavicinus habet: *An præstolam obstatolorum remotionem.*